



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniæ, 1611**

Exhortatio Alterivs Ad Sacram Communionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)



EXHORTATIO  
ALTERIVS AD SACRAM  
Communionem.

**H**OC perlecto opu-  
sculo, satis intelli-  
ges pie Lector, quā-  
tū praeclarius, quā-  
toque vtilius, ac fructuo-  
sius sit, sacratissimum Chri-  
sti corpus in Eucharistia  
frequenter sumere, quā  
cibo tam salutifero vitaliq;  
se abstinere. Vnū illud mo-  
do tibi superest, vt perspecta  
videlicet tanti Regis huma-  
nitate liberalissimè ad suas  
nuptias te vocantis & sic  
inuitantis: *Accipite, & comedite:  
hoc est corpus meum. Et: Hoc fa-  
cite in meam commemorationem:*  
properè ac frequenter ac-  
cedas,

*Matth c.*

*Luc. 22.*

FREQVENT. COMMVN.  
cedas, ne in vitium ingra-  
titudinis incidas, atque  
à regno cœlorum cum E-  
uangelicis illis inuitatis (si *Luc. 14.*  
te excusaueris) excludaris.  
Hæ nuptiæ cœlorum Regis  
sunt, conuiuium est spiri-  
tuale, cuius panis cor ho-  
minis confirmat, & vinum  
spirituali lætitia hominis  
mentem inebriat. Cibus vC *Psal. 103.*  
ro illius, caro CHRISTI  
est, dicentis: *Caro mea verè* *ci- loan. 6.*  
*bus.*

Hæc enim est illa saluta-  
ris Angelorum esca de Cœ- *Sapient. 16.*  
lo tradita, omne delectamē-  
tum in se habens, & omnis  
saporis suauitatem. Hic est *Gen. 49.*  
panis pinguis, qui præbebit  
delicias Regibus. Hic est pa-  
nis frugum terre vberimus *Esaia. 30.*

Ā 7 & pin-

EXHORTATIO AD

- Leuiti. 23.* & pinguis. Hic etiam est panis ille primitiarum. Hic est
- Gene. 18.* panis tūm in subcinericijs panibus Angelis ab Abraham oblatus, & tūm in panibus propositionis significatus.
- Exod. 40.* Designabatur etiam hic saluberrimus panis in pane & vino à Melchisedech oblati.
- Gene. 14.* Hic denique est panis ille subcinericius, in cuius fortitudine ambulauit Elias
- 3. Reg. 19.* quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei Oreb. Hoc est lignū vitæ, à Deo Optimo Maximo in medio paradiso terrestri insitum, cuius esus vitam corpoream cōseruabat.
- Exodi 12.* Hic est agnus Paschalis sine macula, per cuius sanguinē positum super vtrūq; postem, & in liminibus do-

FREQUENT. COMMVN:

morum olim fuit populus  
Israëliticus ab Angelo per-

cussore seruatus. Hic est he- *Iudi. 13.*  
dus, quem obtulit Manue  
Domino super petram. Est  
quoque fauus mellis, quem *1. Reg. 14.*

Ionathas intincta summita-  
te virgæ, conuertit ad os, &  
illuminati sunt oculi eius.

Est etiam largissima illa a- *Numo. 20.*  
qua, quæ ex petra à Moïse  
percussa repente scaturijt.

Accede igitur liberè ad hoc  
suauissimum Christi con-  
uiuium, in quo certissima  
tibi salus & vita promitti-  
tur: Si enim vestimēta Chri- *Matt. 14.*

sti, & sudaria ac semicinctia  
Pauli vel leui contactu salu-  
tem præstabant, quanto ma- *Act. 19.*  
gis ipsum Christi corpus di-  
gnè sumptum ab omnibus

te in-

EXHORTATIO AD

te infirmitatibus tuis prauiſque affectibus liberabit?

Si ſolo Chriſti verbo qua

*Ioan. 11.* triduanus Lazarus excita-

tus ab inferis extitit, quan-

to magis ipſum Chriſti cor-

pus tuum peccatus ingreſſum

te viuificabit, tuamq; con-

ſcientiam à peccati te vin-

dicans morte, purgabit? Eia

*Gerſon.*

igitur fidelis anima, ſi im-

mun-da es, accede ad fontē

puer-tatis: Eſuris? accede paſ-

cenda ad panem viuificū &

indefectibilem, eſurientem

implentē bonis. Aegrotas?

erit hoc efficaciffimum tuæ

infirmitatis medicamentū.

*Mar. 5.*

Fluxum pateris, nec ſanari

potes à medicis? tãge plena

fide cū Hæmorrhoiſſa fim-

briã veſtimenti Ieſu, ſacro-

fan-

FREQUENT. COMMVN.

sanctam hostiam, & restrin-  
geris. Si percussam te sentis *Numo. 22.*  
à serpentibus, peruersarum  
tentationum; quid restat ni-  
si vt serpentem æneam sine  
veneno Christum in cruce  
elevatorum aspicias? Cæcam  
te fortassis, debilem, & clau-  
dam conquereris? memine-  
ris oportet quod tales ad  
cœnam magni Regis inui-  
tantur, & intrare compel- *Luc. 14.*  
luntur. Lubrica sum (in-  
quis) & instabilis: sed hic pa-  
nis cor hominis confirmat.  
Tristis es & anxia? sed hoc *Psal. 103.*  
vinum hominem interiorẽ  
letificat. Inquietant te pluri-  
ma? Adhære ei, qui turbidos  
fluctus sedat. Peregrinaris à *3. Reg. 19.*  
domino? sed in fortitudine  
cibi istius ambulabis vsque  
ad.

EXHORTATIO AD

ad montē Dei. Hec mira Spiritus sanctus per scripturas, spirituq; Dei inspirati sancti Dei homines de hoc admirabili Sacramēto loquuntur. De quo Beatus Cyprianus in sermone de cœna Domini, doctissimè simul ac religiosissimè scribens: Panis hic (inquit) azimus, cibus uerus & syncerus per speciem & sacramentū nos tactu sanctificat, fide illuminat, veritate CHRISTO confirmat. Accedant igitur omnes Dominicæ passionis studiosi ad hunc saluberrimum panem: neq; sumere, quàm frequentissimè poterunt, hoc suauissimum manna vereantur, in quo laboriosi huius mundi deser-

Cypr.



FREQUENT. COMMVN.

sertum sine vitæ periculo  
transire possint. Ne timeat  
ad hunc salutiferum panem ac-  
cedere, qui velit cor in do-  
mino habere confirmatum  
ad vincendos iniquissimos  
Dæmones, qui nostræ saluti  
cōtinenter insidiantur. Ne-  
mo hunc panem vberrimū  
& pinguisimum, qui deliti-  
as præbet æternas, accipere  
dubitet. Nemo denique sit,  
qui timeat frequenter, atq;  
adeo frequentissimè panem  
hunc subcinerium, & azi-  
mū sumere, compositū in  
vtero virginis, coctū in ara  
crucis, in cuius fortitudine  
quadraginta diebus, & qua-  
draginta noctibus, hoc est,  
breuissimo huius vitæ spa-  
tio non iam vsq; ad montē  
Hei

EXHORTATIO AD  
Dei Oreb, idest, desertū: sed  
vsque ad montem Thabor,  
hoc est, puritatem, &  
gloriam Dei perue-  
nire possi-  
mus.



DE